



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo assumptionis b[ea]te marie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo assumptionis beate marie.

caritate. sicut et quilibet virtutis actus et ideo sine charitate nihil valet. ¶ Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. licet enim patientia commendat in martyribus tamen ipsum martyrium principalis actus est ipsius fortitudinis.



**I**n festo assumptionis beate marie est euangelium. Intrauit iesus. Lu. x. Circa quod possunt

disputari sequentes questiones. ¶ Prima. utrum vita actiua sit potior et nobilior quam contemplatiua. ¶ Secunda. utrum beata maria optimam partem elegit. ¶ Tertia. utrum beata maria in corpore et anima assumpta est in celum.



**D** prima questione sic proceditur. Et videtur quod vita actiua potior sit siue nobilior quam con-

templatiua. ¶ Primo sic. Vita actiua pertinet ad maiores. scilicet plures qui sunt in honore et potestate constituti. ergo est potior quam contemplatiua. consequentia patet ex illo Aristotele. in topicorum. Quod est melius videtur esse melius. ¶ Secundo sic. In omnibus actibus et potentibus imperas est nobilior his quibus imperat sicut militaris tanquam potior precipit frenifaciue. scilicet vita actiua

ponit de his que ad contemplatiuum pertinent sicut philosophum. scilicet etiam. ergo actiua vita nobilior est quam contemplatiua. ¶ Tertio sic. Nullus debet abstrahi a nobiliori ut amplectatur minus nobile. scilicet a statu vite contemplatiue recedit sepe ad statum vite actiue. ergo et cetera. ¶ In oppositum est euangelium presens ubi dicitur quod optima partem sibi elegit Maria. ¶ Rursus dicitur quod vita contemplatiua est simpliciter melior et potior et nobilior quam actiua. Quia conclusionem probat philosophus. x. ethicorum. octo rationibus. quas deducit sanctus thomas in secunda secunda questione. clxxxv. articulo. i. albertus veromagnus super lucam complectens omnia dicit sic. Vita contemplatiua preferat actiue unitate puritate. eternitate. firmitate. delectatione. unitate quod circumuenit puritate. quod non sordidat pulvere veniali. Eternitate quod hic et in patria permanet in eterna. Firmitate. quod est in luce. quod non fallit fallacia errorum. Delectatione. quod consolatio spiritus sancti inquit oblectat animum. ¶ Ad rationes in oppositum ¶ Ad primam respondeo quod ad plures non solum pertinet vita actiua sed etiam contemplatiua. Debet enim esse excellentes. Unde gregorius dicit in pastorali. Sit rector actiue precipue et precuectis contemplatiue suspensius. ¶ Ad secundam respondeo negando minorem. quia vita actiua non dicitur recte precipit vite contemplatiue. sed disponendo ad vitam contemplatiua precipit quedam opera vite actiue. in quo magis seruitur

In festo assumptionis beate marie. Fo. cccxxij.

re videtur negando consequentiam. et ad probationem videtur quod vita contemplativa intermittit aliquando propter actum non semper sed ad tempus ratione utilitatis non ratione dignitatis.



**D** secundum dicitur in questione sic procedit. Et videtur quod beata maria optima propter elegerit eligendo contemplativa. Et videtur quod non. Illud videtur magis eligendum quod est maioris meriti. quia tale ducit ad maiorem gloriam. sed vita activa videtur maioris meriti quam contemplativa. ergo ipsa erat potius eligenda. consequentia patet quia meritum dicitur respectu mercedis. merces enim debet labori sed vite active attribuitur labor. contemplative vero quies. ergo activa est maioris meriti contemplativa. In oppositum est etiam evangelium presens. Secundo ex eodem argumento arguitur sic. Contemplativa est maioris meriti quam activa. ergo diligenda est consequentia est bona. antecedens patet. Dicit enim gregorius vii. moral. Magis sunt active vite merita sed contemplative potiora. Ratio hec sic. Ratio meriti est caritas. caritas autem consistit in dilectione dei et proximi. sed diligere deum sui se est magis meritorium quam

diligere proximum. ergo illud quod directius pertinet ad dilectionem dei magis est meritorium et suo genere quam id quod directe ad dilectionem proximi. sed vita contemplativa directe et immediate pertinet ad dilectionem dei. activa directius ad dilectionem proximi. ergo ex suo genere contemplativa est maioris meriti quam activa. Respondeo dicendum iuxta albertum super lucam quod hoc verbum maria etc. convenit beate virgini per omnibus. scilicet in bono corporis. et in bono anime. et in bono meriti et in bono glorie. Optimam partem elegit in bono corporis. virginitatis scilicet pudorem et cum hoc elegit matris fecunditatem. et ideo nec primam similem visa est nec habere sequentes. Unde Ero. iiij. Per rubum ardentem significatur In bono autem anime elegit optimam partem. habet enim splendorem divine lucis in intellectu. et non deest sibi virtutis fructus in opere. Unde Esa. xlvj. Per virgam rectitudinis virtutis ubi requirit spiritus almus significatur In bono meriti hoc est in opere suo habuit omnem active vite proprietatem et omnem contemplative puritatem et nihil habet de defectu utriusque. Unde significat. Numeri. xvij. Per virgam aaron que viruit. frondit. floruit et amygdalinum cibum fructificavit Viruit virtute. frondit benedictione. floruit gravidatione cordis. quo nos concepit. et corporis quo filium verbum incarnatum

### In festo assumptionis beate marie.

Incepit. Fructificauit in partu  
cibum salutare pducens. In bo  
no aut glorie optimam partem ele  
git pars enim bona stola corpo  
ris. pars melior stola aie opti  
ma consortiū imperij et regis no  
stri in imperatoria maiestate. di  
cente scriptura. iij. Reg. ij. qd po  
situs est thronus matris regis  
iuxta thronum regis. Pete ergo  
mater qd vis. nec enim est fas  
aliquid tibi denegare. Nec opti  
ma pars ordinata est vt castroz  
acies. qm oim celestium agminum  
splendores exprimit. Apoc. xij. Co  
rona. xij. stellarum in capite eius.  
hoc est noue ordinum angelorum. et  
trium statuum scilicet coniugum. virgi  
num. viduarum. vel trium aureolas  
portantium. doctorum qd apostolos do  
cuit. virginum qd stros virginum fuit  
martyrum cuius aiam gladius in  
morte filij sui pertransiuit. Noue  
etiam ordinum gloria habuit. ipsa  
enim custodia habuit angelorum.  
secreta consilia archangelorum. iusta  
decreta principum. seueritates con  
tra malicia exhibuit potestatum  
coterendo caput draconis. inu  
merabile vel interminabile vir  
tute in miraculis ostendit virtutum  
altitudinem non declinabilem osten  
dit dominationem quietem in rece  
ptione sessionis prebuit throno  
rum. altitudinem scientie et cõtem  
plationis cherubin transcedit. et  
affectione caritatis incendium  
seraphin superauit. Vis. xij. stel  
lis coronata decorat. hec alber  
tus. ¶ Ad rationem in oppositum

respondetur negando. Et  
ratio est. qd lz labor exterior ope  
retur ad augmentum premij acci  
dentalis. augmentum tñ premij ef  
fentialis consistit principaliter in  
charitate et maxime dilectionis  
diuine sicut dictum est.



**T**ertiam  
questionem sic  
pceditur. et vi  
detur qd beata  
maria non sit as  
sumpta etc.

¶ Primo sic.  
resurrectionis tempus omnium dif  
fertur vsq ad finem mundi vt sit  
simul omnium resurrectio diuina  
ordinatione. ergo corpus beate  
marie nondum resurrexit. et per co  
sequens non est assumpta cum cor  
pore in celum. Et videtur vera.  
antecedens pte p illud Job. xij.  
homo cum dormierit non resurget  
donec atteratur celum. nec enig  
labit vt cõsurgat de somno suo.  
et loquitur de somno mortis. ergo  
vsq ad finem mundi qñ celum  
atteretur resurrectio hominum dif  
fertur. ¶ In oppositum est fides  
quasi vniuersalis ecclesie. Dicit  
enim sanctus tho. in. iij. di. xlij.  
Car. ij. q. j. ad. ij. qd pie creditur  
de beata virgine et iohane euan  
gelista. qd resurrectio eorum non  
est delata vsq ad finem mundi.  
¶ Respondeo dicendum. qd beata  
virgo in aia et corpore assumpta  
est in celum. Ista conclusio pte  
Nam p vniuersam ecclesiam fide

In festo sancti bernardi. fo. cccxxij.

pia suscepta est. quā quidam san-  
ctorum nō solū asserūt. sed etiaz  
apertis rationib⁹ pbare nitūtur  
beatus hierony. In his qui cum  
xpo surreperūt perpetuā resurre-  
ctionē iam esse completā. nōnul-  
li credunt custodem virginis in  
glorificata carne gaudere cum  
xpo. necnō de beata maria factā  
nō ambigimus. Item augustin⁹  
ideā affirmat. Et tribus rationi-  
bus probat. Prima quidē sumit-  
tur ex carnis xpi ⁊ virginis unita-  
tate. Arguit sic. Putredo ⁊ ver-  
mis humane opprobriū conditio-  
nis. a quo opprobrio cū iesus  
alienus sit maxime natura exci-  
pietur quam iesus de ea assump-  
sisse pbatur. Scda sumit ex cor-  
poris dignitate sic. Thronū dei  
thalami dñi. celi tabernaculum  
dignū est ibi esse vbi ipse est. tam  
preciosum thesaurū dignius est  
celus seruare q̄ terra. Tertia  
ratio sumit ex virginalis puri-  
tatis integritate. Sit enim sic.  
Letare maria leticia ineffabili  
corpore ⁊ anima in xpo filio pro-  
prio per p̄rium filiū. nec sequi  
debet corruptionis erumna quā  
nulla secuta est filium pariendo  
integritatē corruptio. vt sit sem-  
per incorrupta quā tanta perfu-  
dit gratia viuens. que omnū in-  
tegram perfectāq̄ genuit vitā.  
Et cum illo quez suo genuit. ve-  
ro. si apud illum illa que genuit.  
fouit ⁊ aluit illum maria dei ge-  
nitricis ministris. ⁊ nutricis. de qua  
q̄ sentire aliter nō audeo aliud

dicere nō presumo. Bernardus  
etiā ratiocinatur ad idez sic. Si  
scōꝝ corpora sublimiū. puta pe-  
tri ⁊ pauli tam gloriosa venera-  
bilia reddidit. ⁊ honore tam mi-  
rifico sublimauit. vt ipsis depu-  
tetur locus eorum venerationi  
cōgruus. si igitur modo corpus  
super terram esse dicatur. cū nec  
denota frequētatur visitatione  
fidelīū. nec eidem locus depute-  
tur honoris. nimirū videret xps  
honorē materni corporis cōtēp-  
sisse. cum tñ super terrā alia san-  
ctorum corpora sic honorauit.  
Ad argumentū in oppositū di-  
cendū est. q̄ ratio. pcedit vbi nō  
obuiat priuilegiū alicui datum  
sic fuit beate virgini ⁊ beato io-  
hanni euangeliste.



In festo sã  
cti bernardi  
est euangelīū.  
Nemo accen-  
dit rē. Luce  
vndecio. Cir-  
ca qđ potest de-  
sputari sequens questio.



Truz pos-  
sit in dilectio-  
ne dei haberi  
respectus ad  
aliquam mer-  
cedem. Et vi-  
detur q̄ nō ex  
presenti euāgelio. quia tam oculo  
non esset simplex si ad aliud  
haberetur respectus q̄ ad deum.  
Scdo sic Job. r. Mercenari⁹